

cum in re non levi, tum prophætico nomini inusta labes, quam omnis studio atque labore exurere vellent, imò et debent qui sacram aliquam operam, neque natura debitam impendunt. Gloriosum fuit Eliseo, sicut etiam viris apostolicis, qui causam agunt Evangelii, puras servasse manus à muneribus: imò hoc maximè testatus est verum se esse prophetam, qui non lucrum querit ex vaticiniis, aut ex spiritu virtuteque quam à Domino supra naturæ facultatem accipit. Alii enim, qui se prophetas venditant, sive illi sint ex Israëlité gente, sive à gentili populo, venalem habent prophetalem operam, et addictum mercedi vaticinium, quasi quodlibet aliud questuarium artificium. Quare cum Elisei nomine aliquod quasi lucrum exigit à Syro Giezi, ostendit aut prophetam esse gentilem, aut ex Israëlité populo pseudopropheta, atque idèò tantum honoris detrahit Eliseo accipiendo receptæ sanitatis pretium, quantum illud repudiando, conciliârat Eliseus. Eo penè nomine sæpè ac graviter accusantur pseudopropheta, et sacrilegi coarguntur mendacii, quòd mercedem accipiunt venalis linguæ, et artem insinuant ex eo, quem ipsi allatum appellant divinum, questuarium. Sic sanè de illis Ezechiel c. 22, v. 15: *Conjuratio prophetarum in medio ejus, sicut leo rugiens, rapiensque prædâ, animas devoraverunt, opes et pretium acceperunt*. Michæas cap. 5, vers. 31: *Principes ejus in muneribus judicabant, et sacerdotes ejus in mercede docebant, et propheta ejus in pecuniâ divinabant*. Quocirca credo curâsse prophetam, quamprimùm ut Syrus intelligeret, infidelis et avari servi illam fuisse calliditatem, non ipsius mandatum, ne qui de Israëlité regione

les derniers, deviendront enfin les premiers. Naaman et Giezi en sont des preuves très-éclatantes, puisqu'en même temps que Dieu va choisir dans un royaume étranger un grand seigneur et un général d'armée, pour le retirer de l'idolâtrie, en l'éclairant par la lumière de la foi, on voit le serviteur du plus saint prophète qui fut alors, retomber dans une espèce d'idolâtrie, qui est l'avarice, selon que saint Paul l'a nommée lui-même. Cette lèpre corporelle, dont il fut puni, n'était que l'ombre et la figure de la lèpre intérieure qui défigurait son âme aux yeux de Dieu. Et si ceux qui imitent sa cupidité ne sont pas frappés extérieurement de cette plaie si sensible à l'homme, ils ne laissent pas, comme le dit saint Ambroise, d'être de véritables lépreux devant celui qui s'est contenté de faire voir une fois en la personne de Giezi combien il avait horreur d'une disposition si criminelle. (Sacy.)

benè sentire cooperat, propter avaritiam servi, minùs deinceps religiosè sentiret.

Quemadmodum qui vestem ab illo ferunt, aut emunt, cum pestis infect, cum vestibus pestem quoque secum domum referunt, quæ illos aut extinguit, aut fedè periculosèque contaminat: sic acceptum à leproso Syro argentum et vestes, quasi totam illam pesilentem luem imbibissent, illam in infidèle mendacis servi corpus importârunt. Neque alius est usus earum rerum quas homo, aut fraude, aut vi, aut malis denique rationibus acquisivit. In quem cecinit illud perquam verè et graviter Habacuc, c. 2: *Væ qui congregat avaritiam malam domui suæ! Vide quæ nos ad illum locum. Sunt dona quædam quæ videntur magno furtura usui his quibus mittuntur, quæ cum sint in speciem officii plena, et ad commoditates maximas opportuna, sunt reverà venenata quædam tela, quæ ab hostili vibrata manû viscera confodiunt, quæ vulgari proverbio ἀδολφά δόξα nominantur: qualis, ut est in fabulis, vestis ad novam nuptiam à Medæa missa, quæ genialis domus tota conflagravit, aut tunica centauri delibuta sanguine, quæ à Dejanirâ dono data Herculi, illum horribili consumpsit incendio. Erant, credo, vestes illæ splendidæ, et quæ regis deceret nuptias; sed quia veneno aut maleficiis infectæ, perniciem attulerunt et mortem. Tale ego video fuisse munus à Naaman extortum callido consilio, et astu planè veteratorio, quod licet splendidum, à peccato tamen infectum avaritiæ, et possessorem primum, et ejus progeniem postea æternâ maculavit infamiâ.*

Querit Abul. q. 43, an tota posteritas Giezi lepram à parente in sempiternum contraxerit, et tandem eò inclinât, ut judicet labem illam in Giezi posteritate, non fuisse perpetuam, tum quia parentum peccata non dicitur luitura progenies, nisi ad quartam generationem, Exod. 54, v. 7, et Num. 14, v. 18; deinde, quia æternam, sempiternam, et similia, secundum sacrarum litterarum idiomata, non semper significant id quod principium nullum habuit, et eâ ratione montes appellantur æterni, aut quod nullum finem est habiturum, sed quod diuturnum futurum est. Sic Genes. 17, v. 18, dicit Deus ad Abraham: *Dabo tibi et semini tuo terram peregrinationis tuæ, omnem terram Chanaan in possessionem æternam; et tamen jampridem Abraham filii ab eâ possessione exciderunt*. Ezechiel cap. 26, de Tyro: *Non invenieris ultra in sempiternum; et tamen illud sempiternum se-*

ptuaginta annorum spatium tantum significat, ut explicuit Isai., c. 23: *In oblivione eris, ô Tyre, septuaginta annis*. Et quidem reedificatam esse Tyrum satis constat, cum postquam excisa fuit à Nabuchodonosore, iterùm ab Alexandro subversa est. Sic ergo verisimile est sustinuisse diu Giezi filios parentis ignominiam, ad quartam fortassè generationem, non in perpetuum, imò illos fortassè pertulisse tantum, ad quos illa pervenere aut eorum fructus, quæ Giezi pater pernicioso mendacio extorsit à Syro, sicut de auro Tolosano, et Sejano equo sive verè, sive fabulosè narrat antiquitas.

ET EGRESSUS EST AB EO LEPROSUS QUASI NIX. Hoc non tam precatu est propheta, ut accideret infideli servo, quam eventurum prædixit. Sciebat enim quid decrevisset Deus in illius caput. Statim autem respersus fuit leprâ, illaque non vulgari, sed omnium, ut apparet, maximâ, ad aspectum deformi, ad dolorem acerbâ, ita ut sic incanderet repente, ac si nive fuisset conspersus. Quod genus lepræ fuerit (nam variâ esse genera tradunt medici) non constat; fuisse tamen illud, quæ laborabat Syrus, penè certum est, quia illud indicant propheticæ minæ. Illud autem fuisse odiosum omnibus, et ipsi Giezi maximè ad dolorem grave, et denique curatu difficillimum, ex eo mihi persuadeo, quia vir usque adeo potens, quique

CAPUT VI.

1. Dixerunt autem filii prophetarum ad Eliseum: Ecce locus in quo habitamus coram te, angustus est nobis;

2. Eamus usque ad Jordanem, et tollant singuli de sylvâ materias singulas, ut ædificemus nobis ibi locum ad habitandum. Qui dixit: Ille.

3. Et ait unus ex illis: Veni ergo et tu cum servis tuis. Respondit: Ego veniam.

4. Et abiit cum eis. Cùmque venissent ad Jordanem, cædebant ligna.

5. Accidit autem ut, cùm unus materiam succidisset, caderet ferrum securis in aquam; exclamavitque ille, et ait: Heu, heu, heu! domine mi, et hoc ipsum mutuo acceperam.

6. Dixit autem homo Dei: Ubi cecidit? At ille monstravit ei locum. Præcidit ergo lignum, et misit illic: natavitque ferrum.

7. Et ait: Tolle. Qui extendit manum, et tulit illud.

nullum omisisset, ut credibile est, curationis genus, liberari tamen ab eo ullâ humanâ industriâ, aut medicinâ non potuit. Quam porrò gravis fuerit morbus, ex eo facillè quis persuadere sibi poterit, quòd restituta sanitas fecit ut patriam reliquerit religionem, et antiqua sacra; quòd multa polliceretur Eliseo hilari animo, et postea servo tam liberali manu porrexit. Laboravit itaque Giezi morbo gravi et fedo, in quo fortassè curando, licet irritò labore ac sumptu, multa consumpsit eorum quæ acceperat à Syro, et juxta ea quæ habes Levitic. c. 15, v. 45: habuit vestimenta dissuta, caput nudum, os veste contactum, contaminatione et sordidum se clamavit, et extra civitatem et hominum cætum solus habitavit. Hic fuit pecunie sacrilegæ et peccati legitimus fructus, ut neque suis uteretur opibus honestè et commode, et omnibus esset odiosus, vilis, execrabilis. Neque unquam arbitrator ad Eliseum rediisse, quod putat Abul. q. 40. Neque enim ille admisisset leprosum, contra id quod cautum esset lege. Neque amplius quicquam audimus de Giezi, nisi statim cap. 8, ubi tamen non erat cum Eliseo, et cap. sequenti minister Elisei non videtur fuisse Giezi, sed alius ætate minor, quique non videbatur satis nôsse quam à Deo propheta virtutem accepisset.

CHAPITRE VI.

1. Un jour les enfans des prophètes dirent à Elisée: Vous voyez que ce lieu-ci où nous demeurons avec vous est trop petit pour nous;

2. Permettez-nous d'aller jusqu'au Jourdain, afin que chacun de nous prenne du bois de la forêt, et que nous nous bâtions là une demeure pour nous y retirer. Elisée leur répondit: Allez.

3. L'un d'eux lui dit: Venez donc aussi vous-même avec vos serviteurs. Il lui répondit: J'irai.

4. Et il s'en alla avec eux. Lorsqu'ils furent venus jusqu'au Jourdain, ils commencèrent à couper du bois.

5. Mais il arriva que comme l'un d'eux abattait un arbre, le fer de sa cognée tomba dans l'eau; il s'écria, et dit à Elisée: Hélas! mon seigneur, hélas! j'avais emprunté cette cognée.

6. L'homme de Dieu lui dit: Oh! le fer est-il tombé? Il lui montra l'endroit. Elisée coupa donc un morceau de bois, et le jeta au même endroit; et le fer nagea sur l'eau.

8. Rex autem Syriae pugnabat contra Israel; consiliumque inivit cum servis suis, dicens: In loco illo et illo ponamus insidias.

9. Misit itaque vir Dei ad regem Israel, dicens: Cave ne transeas in locum illum, quia ibi Syri in insidiis sunt.

10. Misit itaque rex Israel ad locum quem dixerat ei vir Dei, et praeccepavit eum, et observavit se ibi non semel, neque bis.

11. Conturbatumque est cor regis Syriae pro hac re; et convocatis servis suis, ait: Quare non indicatis mihi quis proditor meus sit apud regem Israel?

12. Dixitque unus servorum ejus: Nequaquam, domine mi rex; sed Eliseus propheta, qui est in Israel, indicat regi Israel omnia verba quaecumque locutus fueris in conclave tuo.

13. Dixitque eis: Ite, et videte ubi sit, ut mittam et capiam eum. Annuntiaveruntque ei, dicientes: Ecce in Dothan.

14. Misit ergo illic equos et currus et robur exercitus; qui cum venissent nocte, circumdederunt civitatem.

15. Consurgens autem dilectulus minister viri Dei, egressus, vidit exercitum in circuitu civitatis, et equos et currus; nuntiavitque ei, dicens: Heu, heu, heu! domine mi, quid faciemus?

16. At ille respondit: Noli timere, plures enim nobiscum sunt quam cum i. lis.

17. Cumque orasset Eliseus, ait: Domine, aperi oculos hujus, ut videat. Et aperuit Dominus oculos pueri, et vidit, et ecce mons plenus equorum et curruum igneorum in circuitu Elisei.

18. Hostes vero descenderunt ad eum. Porrò Eliseus oravit ad Dominum, dicens: Perente, obsecro, gentem hanc caecitate. Percussitque eos Dominus ne viderent, iuxta verbum Elisei.

19. Dixit autem ad eos Eliseus: Non est haec via, neque ista est civitas; sequimini me, et ostendam vobis virum quem quaeritis. Duxit ergo eos in Samariam.

20. Cumque ingressi fuissent in Samariam, dixit Eliseus: Domine, aperi oculos

7. Elisee lui dit: Prenez-le. Il étendit la main et le prit.

8. Le roi de Syrie combattait un jour contre Israël; et tenant conseil avec ses serviteurs, il leur dit: Il faut que nous dressions une embuscade en tel et tel endroit.

9. L'homme de Dieu envoya donc dire au roi d'Israël: Prenez garde à ne pas passer par là, parce que les Syriens doivent y dresser une embuscade.

10. Le roi d'Israël envoya à l'endroit que lui avait dit l'homme de Dieu, et il s'en saisit le premier; et il se tint en garde ainsi plus d'une et deux fois.

11. Le cœur du roi de Syrie fut troublé de cet accident; et, ayant assemblé ses serviteurs, il leur dit: Pourquoi ne me découvrez-vous point qui est celui qui me trahit auprès du roi d'Israël?

12. L'un de ses officiers lui répondit: Ce n'est point qu'on vous trahisse, ô roi mon seigneur, mais c'est le prophète Elisee, qui est en Israël, qui découvre au roi d'Israël tout ce que vous dites en secret dans votre chambre.

13. Il leur répondit: Allez, voyez où il est, afin que je l'envoie prendre. Ils vinrent donc l'avertir, et lui dirent: Elisee est à Dothan.

14. Le roi de Syrie y envoya aussitôt de la cavalerie, des chariots et ses meilleurs troupes; et, étant arrivés la nuit, ils investirent la ville.

15. Le serviteur de l'homme de Dieu, se levant au point du jour, sortit dehors; et ayant vu l'armée autour de la ville, la cavalerie et les chariots, il vint en avertir son maître, et lui dit: Hélas, mon seigneur! hélas! que ferons-nous?

16. Elisee lui répondit: Ne craignez point, car il y a plus de monde avec nous qu'il n'y en a avec eux.

17. Et quand Elisee eut prié, il dit: Seigneur, ouvrez-lui les yeux afin qu'il voie. Le Seigneur ouvrit les yeux à ce serviteur, et il vit aussitôt la montagne pleine de chevaux et de chariots de feu, qui étaient autour d'Elisee.

18. Cependant les ennemis vinrent à lui; et Elisee fit sa prière au Seigneur, et lui dit: Frappez, je vous prie, tout ce peuple d'aveuglement. Et aussitôt le Seigneur les frappa d'aveuglement, selon la prière d'Elisee.

19. Alors Elisee leur dit: Ce n'est pas ici le chemin ni la ville où vous devez aller; suivez-moi, et je vous montrerai l'homme que vous cherchez. Il les mena donc dans Samarie.

istorum, ut videant. Aperuitque Dominus oculos eorum, et viderunt se esse in medio Samariae.

21. Dixitque rex Israel ad Eliseum, cum vidisset eos: Numquid percitiam eos, pater mi?

22. At ille ait: Non perentias, neque enim cepisti eos gladio et arcu tuo, ut percitias; sed pone panem et aquam coram eis, ut comedant et bibant, et vadant ad dominum suum.

23. Appositaque est eis ciborum magna preparatio, et comederunt et biberunt; et dimisit eos, abieruntque ad domum suam; et ultra non venerunt latrones Syriae in terram Israel.

24. Factum est autem post haec congregavit Benadad rex Syriae universum exercitum suum, et ascendit, et obsidebat Samariam.

25. Factaque est fames magna in Samaria; et tandem obsessa est, donec venundaretur caput asini octoginta argenteis, et quarta pars cabi stercoris columbarum quinque argenteis.

26. Cumque rex Israel transiret per murum, mulier quaedam exclamavit ad eum, dicens: Salva me, domine mi rex.

27. Qui ait: Non te salvat Dominus, unde te possum salvare? De areâ, vel de foreulari? Dixitque ad eam rex: Quid tibi vis? Quae respondit:

28. Mulier ista dixit mihi: Da filium tuum, ut comedamus eum hodie, et filium meum comedemus cras.

29. Coximus ergo filium meum, et comedimus. Dixitque ei die alterâ: Da filium tuum, ut comedamus eum. Quae abscondit filium suum.

30. Quod cum audisset rex, seclit vestimenta sua; et transibat per murum: viditque omnis populus cilicium quo vestitus erat ad carnem intrinsecus.

31. Et ait rex: Haec mihi faciat Deus et haec addat, si steterit caput Elisei filii Saphat super ipsum hodie.

32. Eliseus autem sedebat in domo sua, et senes sedebant eum eo. Praemisit itaque virum; et antequam veniret nuntius

20. Et lorsqu'ils furent entrés dans la ville, Elisee dit: Seigneur, ouvrez-leur les yeux, afin qu'ils voient. Le Seigneur leur ouvrit les yeux, et ils reconnurent qu'ils étaient au milieu de Samarie.

21. Le roi d'Israël les ayant vus, dit à Elisee: Mon père, les tuerais-je?

22. Elisee lui répondit: Non vous ne les tuerez point, car vous ne les avez point pris avec l'épée ou avec l'arc, pour avoir droit de les tuer; mais faites-leur servir du pain et de l'eau, afin qu'ils mangent et qu'ils boivent, et qu'ils s'en retournent vers leur maître.

23. Le roi d'Israël leur fit donc servir une grande quantité d'aliments. Et après qu'ils eurent mangé et bu, il les renvoya, et ils retournèrent vers leur maître; et les bandes de Syriens ne vinrent plus sur les terres d'Israël.

24. Quelque temps après, Bénadad, roi de Syrie, rassembla toutes ses troupes, et vint assiéger Samarie.

25. Et la ville fut pressée d'une famine extrême, jusque-là que, le siège continuant toujours, la tête d'un âne fut vendue quatre-vingts pièces d'argent, et la quatrième partie d'un cab de fiente de pigeon, cinq pièces d'argent.

26. Et comme le roi d'Israël passait le long des murailles, une femme s'écria, et lui dit: O roi mon seigneur, sauvez-moi.

27. Il lui répondit: Le Seigneur ne vous sauve pas, d'où prendrai-je de quoi vous sauver? serait-ce de l'aire ou du pressoir? Et le roi ajouta: Que voulez-vous dire? Elle lui répondit:

28. Voilà une femme qui m'a dit: Donnez votre fils, afin que nous le mangions aujourd'hui, et demain nous mangerons le mien.

29. Nous avons donc fait cuire mon fils, et nous l'avons mangé. Je lui ai dit le jour d'après: Donnez votre fils, afin que nous le mangions; mais elle a caché son fils.

30. Le roi l'ayant entendue parler de la sorte, déchira ses vêtements; et il passait le long des murailles; et tout le monde vit le cilice dont il était couvert sur sa chair.

31. Et le roi dit: Que Dieu me traite dans toute sa sévérité, si la tête d'Elisee, fils de Saphat, demeure sur ses épaules aujourd'hui.

32. Cependant Elisee était assis dans sa maison, et des anciens étaient assis avec lui. Le roi envoya donc un homme pour le tuer;

ille, dixit ad senes: Numquid scitis quod miserit filius homicidæ hic ut præciderat caput meum? Videte ergo cum venerit nuntius; claudite ostium, et non sinatis eum introire; ecce enim sonitus pedum domini ejus post eum est.

33. Adhuc illo loquente eis, apparuit nuntius qui veniebat ad eum. Et ait: Ecce tantum malum à Domino est; quid amplius expectabo à Domino?

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — ECCE LOCUS, IN QUO HABITAVIS CORAM TE, ANGUSTUS EST. Aliud jam succedit Elisei miraculum, in re quidem levi, sed tamen leve non est eximie virtutis argumentum. Habitabat prophetarum filii, quibus tanquam magister et pater Eliseus præerat, propè Jordanem; an propè Jerichontem, aut Galgala, non constat, utrumque est non procul à Jordane: ubicunque statuas hoc prophetarum collegium, constat pro habitantium numero non habere satis spatii. Quare rogant Eliseum sibi ut liceat è sylva cædua, qua est ad Jordanis ripam, ligna comportare, quibus laxetur magis communis illa commoratio. Quam facultatem ab Eliseo consecuti, progressi sunt ad sylvam, ubi cum quidam minus cæderet cautè sylvestrem illam ad edificandum materiam, excidit securis, quam mutuum acceperat, in Jordanem; cuius jacturam tulit graviter, tum quia otiosum ageret diem illum inermis, tum quia rem amiserat alienam, quam domino neque posset reddere, neque haberet fortassè illius pretium, quod illius jacturam compensaret. Quare rem totam ad Eliseum retulit, qui cum aliis aut materiam succidebat, aut certè cædentibus instabat: qui in jecto ligno in eum locum, in quem securim decidisse cognoverat, ferrum, quod in solo gurgitis profundo considerat, ad summas aquas enatare fecit. Hæc omnia nota sunt, neque est aliquid in quo immorari debeat commentatio.

Sed hic Patres aliquid altius meditantur, quod demersa securis et sursum evocata portendit. Hoc, inquit Theodoretus q. 19, præfiguravit Servatoris nostri dispensationem; quomodo enim lignum quidem, quod est levissimum, fuit demersum, quod est autem gravissimum, nempe ferrum, supernatavit; ita divinæ naturæ descensus effecit, ut hu-

et avant que cet homme fût arrivé, Elise dit aux anciens: Savez-vous que ce fils de meurtrier a envoyé ici un homme pour me couper la tête? Prenez donc garde lorsqu'il arrivera; fermez-lui la porte, et ne le laissez pas entrer; car j'entends le bruit des pieds de son seigneur qui vient après lui.

33. Lorsqu'Elisee parla encore, on vit paraître cet homme qui venait à lui, et lui dit: Vous voyez l'extrême malheur où Dieu nous réduit; que puis-je attendre davantage du Seigneur?

COMMENTARIUM.

«mana natura ascenderet.» Hoc pluribus tractavit Augustinus tom. 10, serm. 1; idem Angelomus et Eucherius. Alii hic alla meditantur satis ad mores opportuna. Ferrum donum esse putant intelligentiæ, quod Dominus prelati virisque Apostolicis, imò et iis qui præsumunt, concedit, ut ligna cædant sylvestria et infrugifera, et illa ad utilem aliquam fabricam comportent. Quibus interdum excidit securis, quæ sylvam purgat, et plantas succidit inutiles, et manet in manu jam inermi, pro securi acutè aridum et obtusum manubrium, à quo sperari nihil potest; quod commodatum habet et alienum, nempe non proprium, sed datum à Deo. Quod sanè iis qui munus tractant evangelicum, persæpè contingit, qui pro acuto ferro, quod dedit Dominus commodato, lignum retinent obtusum et inutile, quod neque cædit, neque truncat, quod maximè truncatum et cesum oportuit. Audi Eucherium et Angelomum, eisdem utrumque verbis. «Ferrum in manubrio, donum intellectus in corde est. Ligna verò per hoc cædere est præ agere, increpare, quod nonnunquam dum fluxè agitur, dum lapsus vanæ gloriæ in acceptâ eadem scientiâ non vitatur, ferrum in aquâ perditur, quia ex dissoluto ut intelligentiâ fatuatur. Quam profectò intelligentiam ad hoc novimus dari, ut ante dantis oculos ex bouâ actione debeat restitui. Unde rectè is qui ferrum amiserat, clamabat: *Heu, heu, heu, domine mi!* et hoc ipsum mutuum acceperam.» Idem penè Rupertus in hunc librum cap. 52. Hic tamen addo pejorem quam dammodo conditionem illorum esse qui malè utuntur dono sibi intelligentiæ commodato, quam illorum qui intelligentiæ securi, ab eo, in quo radicati fuerant, et inveteraverant, infelicè solo succisi non sunt: hi enim propè fluvium, sunt in ripâ, unde ab aliis eradicari aut

succidi possunt; hi verò in profundo flumine cum suâ intelligentiâ ibi demersâ ac perditâ, unde ab aliis educi ferunt quàm ægerimè, quia satis sibi putant esse consilii et scientiæ, neque ipsi utpote suâ jam sapientiâ graves enatare possunt. Hoc planè est sal illud infatuatum, quod neque sibi, neque aliis usui esse potest. Sed hi si filii prophetarum sunt, id est, si benè instituti, cum securis excidit commodata à Domino, non ad futiles usus et inanè plausus, sed ad majus opus et salutem animarum, statim errasse se clamant, et restitui sibi postulant, quod exciderat, ne in vacuum postea, et sine ullo tante operæ pretio laborent. «Unde, ait Eucherius, rectè is, qui ferrum amiserat, clamabat: *Heu, heu, heu, domine mi!* et hoc ipsum mutuum acceperam.» Habent enim hoc electi proprium, si quando in eis sua scientiâ furtiva vanæ gloriæ culpa subripitur, ad cor velociter redeunt, et quieti in se ante districti judicis oculos damnable inveniunt, lacrymis insequuntur. Qui sistentes non solum cautè inspicunt, quæ malè commiserunt, sed ex accepto munere, quæ reddere etiâ bona debuerunt.» (1)

(1) VERS. 2. — EAMUS USQUE AD JORDANEM, ET TOLLANT SINGULA DE SYLVA MATERIAS SINGULAS, UT ADIFICEMUS TUGURIA IN QUIBUS TANTA MULTITUDO RELIGIOSORUM PAUPERUM HABITET. Vide hic priscorum religiosorum pauperitatem, laborem et unanimitatem. Audi Theodoretum: «Chorus prophetarum extremam amplectebatur pauperitatem: non enim habebant domos, sed utebantur tuguriis. Quomorem à magno illo propheta supplices petierunt, ut abiret cum ipsis ligna secantibus ad ea construenda. Tantam autem utebantur paupertate, ut ne securim quidem sustinerent possidere.» Et S. Hieronymus, epist. 4 ad Rusticè: «Filii prophetarum, ait, quos monachos in veteri Testamento legimus, edificabant sibi cesulas propè fluenta Jordanis, et turribus uribum derelictis, potentè et herbis agrestibus victabant.»

Alleg. Tertull. lib. contra Judæos cap. 15, per aquas Jordanis accipit baptismum: per lignum, crucem Christi; per ferrum, dura peccatorum corda. «Quid, inquit, manifestius hujus ligni sacramento, quod duritia hujus sæculi mersa in profundo erroris, et à ligno Christi, id est, passionis ejus in baptismo liberatur, ut quod perierat olim per lignum in Adam, id restitueretur per lignum Christi? Sic et S. Ambr. l. 2 de Sacram. c. 2: «Ecce, inquit, aliud nunc baptismum, quasi ferrum omnibus homo nunc baptismum, quasi ferrum premitur atque demergitur. Ubi baptizatus fuerit, non tanquam ferrum, sed tanquam jam levior fructuosi ligni species levatur.» Et mox: «Vides ergo quod in cruce Christi omnium hominum levatur infirmitas.»

S. August. verò serm. 210 de Temp., per fluvium accipit fluentes voluptates et concupis-

VERS. 8. — REX AUTEM SYRIÆ PUGNABAT CONTRA ISRAEL. Aliud jam proponitur Elisei miraculum, quo Samaritan liberavit à Syrorum insidiis, et illos prius cecitate percussos, in laqueos, id est, in ipsam Samariæ plateam incautos induxit, unde non emerissem incolumes, nisi idem, qui induxerat, ab hostili manu defendisset. Hic rex Syriæ, qui bellum intulit Israelitis, fuit Benadab, qui vario eventu cum iisdem jam ante pugnaverat, à quo, ut nuper vidimus, literas attulit Naaman ad regem Israel. Quæ fuerit belli causa, non docet Scriptura, neque alla quærenda, quam antiquum, et quasi naturale odium inter duas illas gentes, inter quas, utpote inter vicinas gentes, ex quibus non mersos liberat Eliseus, id est, Christus per lignum crucis. «Securis illa, inquit, in profundo jacebat, à quo humanum in omnium criminum abyssum infelici ruinâ corruerat, sicut scriptum est: *Influxus sum in limo profundi.* Et iterum: *Deveni in altitudinem maris, et tempestas demersit me.* Fluvius enim ille, ubi securis cecidit, significat præter fluentem et fugivam, et in abyssum descendentem voluptatem, vel luxuriam sæculi hujus. Fluvius enim à fluendo nomen accepit. Et quia omnes peccatores transitoris voluptatibus inherentes, fluere dicuntur, ideo securis illa in fluvio et in limo jacebat oppressa.» Pergit deinde ad Eliseum, id est, Christum Salvatorem: «Veniens verò Eliseus misit lignum, et natavit ferrum. Quid est lignum mittere, et ferrum in medium producere, nisi patibulum crucis ascendere, et de profundo inferni humanum genus erigere, cæc de omnium peccatorum limo per crucis mysterium liberare? Postquam verò natavit ferrum, misit manum propheta, et recepit illud, et rediit ad utiles usus domini sui. Ita et de nobis factum est, dilectissimi fratres, qui de manu Domini superbiendo cecideramus, per crucis lignum iterum ad manum vel ad potestatem Domini redire meruimus.» Et ideo quantum possumus, cum ipsis adjutorio laboremus, ne iterum superbiendo de manu Domini corruamus.»

S. Irenæus autem lib. 5, cap. 17, per ferrum accipit firmum Dei verbum, grave per lignum (comedendo ex ligno scientiæ boni et mali à Deo vetito Genes. 3) negligenter amiseramus, nec inveniebamus, sed per lignum crucis Christi recepimus. «Quod autem securis similis sit verbo Dei, inquit, docet Joannes Baptista dicens: *Jam autem securis ad radicem arborum posita est.* Matthæi 3.»

Anagogicè Boda: Sicut ferrum aquis mersum Eliseus reduxit ad manubrium, sic Christus corpus suum aquis passionis et mortis demersum revocavit ad vitam. Idem faciet nobis in communi omnium resurrectione. Corpus enim nostrum instar ferri est durum, grave, frigidum, ferruginosum, et pronum ut in abyssum ruat; sed Christus ferro hinc contrarias dotes corporis gloriosè inseret, illudque quasi ignem, ut sit clarum, agile, leve, subtile, impassibile, gloriosum. (CORR. à LAP.)

loco, et diversis religione populos assiduum esse solet. Cùmque insidias, quas opportuno loco constituerat Syrus, declinasset rex Israel, neque quicquam tentaret, quod haberet successum, ejusque causam Eliseum esse cognosceret, cujus oculos aut intelligentiam ipsius consilia non laterent, statuit omninò tollendum esse de medio. Erat tunc Eliseus in Dothan, quam equis et curribus undique circumdedit Syrus, ne ullo modo, qui ibidem erat inclusus, Eliseus haberet effugium.

VERS. 15. — CONSPICENS AUTEM DILECTULO, MINISTER VIRI DEI EGRESSUS VIDIT EXERCITUM. Ille minister viri Dei egressus vidit exercitum. Ille minister non erat Giezi, ut paulò ante diximus, sed alius puer, cui, ut apparet, non erat explorata satis Elisei virtus; alioqui neque timeret adeò, neque tam ploraret infantiliter, quasi jam esset actum de suo ac domini capite. Quem consolatus est Eliseus, affirmans multò plures esse, multoque fortiores, qui defendunt, quam qui obsident et oppugnant civitatem. Cùm autem adhuc timeret puer, cùm videret hostes et multitudinem innumerabiles, et armis egregiè ad omnem contentionem instructos, neque contra stare, qui arcerè possent, aut sustinere illorum impetum, oravit Dominum Eliseus, ut clausos, aut hebetes aperiret oculos pueri, ut sciret quam non esset timendum à mortali manu, umbratilium Syrorum acie, cùm sese opponeret è cœlo multò potentior et numerosior acies, ejus comparatione nihilomagi poterat adversaria potentia, quam spuma gracilis, quæ dissipatur à vento, aut arida stipulæ, quæ ab igne momento temporis rediguntur in cineres. Atque ideò objecti sunt equi, et currus ignei, et eorum item ignei ascensores, ut eorum significaretur et vis acerri- munda ad pugnam, et celeritas maxima ad conficiendum id quod essent aggressi. Sicut ignis, qui materiam, quam habet obviam, celeritate maximà corripit, et ita consumit, ut nullum interdum superioris formæ vestigium relinquit. Sanè in igne dum materiam arripit arduam, explicari solet vis et celeritas. Sic Sap. cap. 3, v. 7, de justis: *Sicut scintilla in arundine discurrent, hæc porrò angelorum erat acies, qui ignem corpus, aut speciem superpercutit ære, quam adolescentuli oculis objecerunt. Tales justis eorum habent custodiam, dum pro Dei causâ cum adversariâ potestate suscipiunt certamen. De quâ Psal. 33, v. 8: Immittet angelus Domini in circuitu timentium eos. Hebraicè, castra metabitur. Talem custodiam habuit Jacob, quando illi magno*

stipatus comitatu occurrit Esau, Genes. 32; cùm enim non minùs timeret fratrem, cujus priùs audierat minas, et quem adhuc antiquum retinere animum suspicabatur, Deum sibi adfuisse sensit, et angelorum misisse castra, quæ confirmarent languentem animum, et quæ quadringentis viris, quos secum fratrem afferrebat, opponeret: *Fueruntque ei obviam angeli Dei, quos cùm vidisset, ait: Castra Dei sunt hæc.* (1)

(1) VERS. 10. — PRÆOCCUPAVIT EUM, ET OBSERVAVIT SE IBI NON SEMEL, NEQUE BIS. Regem Israeli insidias illas prævenisse, locis occupatis ubi locandæ erant, Hebræis textus non exprimit, sed solùm: *Momerat eum vir Dei, et observavit ibi se non semel, neque secundo.* In Arabico legimus regem Israeli misisse suos, ut in iis locis manerent, denuntiavissent illis fuisse, ne eò pertransirent, nec semel, nec iterum. (Calmet.)

VERS. 12. — DIXITQUE INUS SERVORUM EJUS. Abulensis putat hunc fuisse Naaman, quem Eliseus à lepra curavit; sed videtur incredibile, quòd ipse Eliseum sibi tam beneficium regi prodiderit, uti sub initium c. 8 fatetur Abul.

ELISEUS PROPHETA QUI EST IN ISRAEL, LOCUTUS REGI ISRAEL OMNIA VERBA QUÆCUMQUE LOCUTUS FUERIS IN CONCLAVI TEO. Spiritus enim prophetiæ est cognoscere tam arcana, absentia et remota, quam futura prædicere. Utrumque enim eandem virtutem requirit, scilicet opem et revelationem divinam. (Corn. à Lap.) *C'est le prophète Elise qui découvre au roi d'Israël tout ce que vous dites en secret dans votre chambre.* Un savant théologien (Estius), admirant de quelle sorte Eliseè découvrait les choses les plus secrètes, et semblait voir toutes choses, comme s'il avait été présent partout, remarque, contre les impies et les hérétiques, qu'on doit être convaincu, par ces exemples, que les saints qui sont dans le ciel avec Jésus-Christ, peuvent aisément connaître les prières des fideles, quoiqu'ils ne soient pas personnellement présents parmi eux, puisque si un homme étant encore engagé dans un corps mortel, à pu connaître tous les secrets d'un prince étranger, et découvrir tous les artifices de son conseil, les âmes des saints qui sont dépouillés de leur chair, et présentes devant Dieu, peuvent sans comparaison plus facilement et plus clairement voir en lui, comme en un miroir, toutes les choses qui le regardent, en quelque manière que ce soit. (Sacy.)

VERS. 15. — ECCE IN DOTHAN. Idem est locus ac Dothan, de quo Genesis 37, 17. Constituit illum Eusebius in Locis, ad septentrionem Samariæ. (Calmet.)

VERS. 16. — NOLI TIMERE: PLURES ENIM NARISCUM SINT, QUAM CUM ILLIS. Plures, nimirum angeli, qui pro Deo et sanctis ejus, quos cœlestes acies innumeræ et fortissimè militanti, ob quas ipse vocatur *Deus Sabbathi*, id est, exercituum, juxta illud psalmi 33: *Immittet* (Hebr. chone, id est, castra metabitur) *angelus Domini in circuitu timentium eum.* Sic de Jacob fugiente Esau dicitur Genes. 32, vers. 1: *Fue-*

rantque ei obviam angelus Dei, quos cùm vidisset, ait: *Castra Dei sunt hæc.* Sic angeli pugnarunt pro Mose et Hebræis contra castra Pharaonis in mari Rubro, Exodi 14. Unde S. Ambr. serm. 1 de Eliseo: *«Divinus timor, inquit, et terrorum à nobis expellit hostilem. Arma autem hæc nostra sunt, quibus nos Salvator instruit, oratio, misericordia atque jejunium. Jejunium enim melius quam murus tuctur; misericordia, facilis liberat quam rapina; oratio longius vultus quam sagitta. Sagitta enim non nisiproximè conspectum percutit adversarium, oratio autem etiam longius positum vulnerat inimicum.»* Et paulò post: *«Mira res, plures è cœlo defensores meretur sanctitas, quam in terris oppugnatores adduxit improbitas.»* Causam subdit: *«Scire enim debet, quòd adversarii meritis magis quam virtute vincuntur, et non tam virtute quam sanctitate superantur, sicut sanctus et Eliseus hostes suos non armis superabat, sed oratione vincebat.»* (Corn. à Lap.)

Eliseè lui répondit: Ne craignez point, car il y a plus de gens armés avec nous, qu'il n'y en a avec eux. En même temps, faisant sa prière, il dit à Dieu: Seigneur, ouvrez-lui les yeux, afin qu'il voie. Le Seigneur ouvrit les yeux du serviteur, et il vit aussitôt une montagne pleine de chevaux, et de chariots de feu qui étaient autour d'Eliseè. O foi de ce saint prophète, s'écrie saint Ambroise! Il ne craint point tous les ennemis qui l'environnent, parce qu'il est assuré que les anges sont autour de lui pour le défendre. Combien les yeux spirituels voient-ils avec plus de pénétration que les yeux charnels? Et combien la sainteté mérité-t-elle de recevoir plus de défenseurs du côté du ciel, que la malice des hommes ne lui suscite de persécuteurs? Telle est la grande bonté de notre Sauveur, de procurer notre salut sans se montrer à nos yeux, et de se faire sentir plutôt en nous-comblant de ses grâces, qu'en se faisant voir à nous. Et ainsi ceux-là se trompent qui s'imaginent que lorsqu'ils ont réussi en quelque entreprise, c'a été par un effet de leur force. Car il faut qu'ils sachent que c'est le mérite de la vertu, et non la force, qui nous fait vaincre nos ennemis; comme Eliseè surmonta alors les étiens, non par la force des armes, mais par sa prière. On ne doit pas néanmoins s'étonner, dit encore le même Père, qu'un si grand saint ait mérité de recevoir ce secours du ciel, puisque son esprit était sans cesse dans le ciel même. Car s'il est vrai, comme dit l'Apôtre, que nous conversons dès cette vie dans les ciens, les esprits célestes peuvent bien aussi converser dès à présent avec nous, puisque la conversation est un lien qui unit ensemble ceux qui paraissent d'ailleurs séparés, et qu'ainsi les saints étant spirituel, tantôt les anges viennent sur la terre parmi les hommes, et tantôt les hommes s'élèvent au ciel avec les anges. Saint Jean Chrysostôme dit aussi dans le même sens que saint Ambroise, qu'Eliseè avait si parfaitement renoncé à toutes les choses de cette vie, à toute la gloire, à toute la puissance et à toute la grandeur du monde, qu'il mérita que le royaume du ciel fût ouvert

«devant ses yeux, et qu'il fut digne de voir ce que nul autre n'avait jamais vu, c'est-à-dire une montagne toute pleine de chevaux et de chariots de feu. Car celui, ajoute-t-il, qui est dans l'admiration des choses présentes, se rend indigne de voir les choses futures. Mais lorsqu'il méprise tout ce qu'il voit dans le monde, le regardant comme une ombre et comme un songe, il est en état de s'ouvrir dès à présent des choses qui sont véritablement grandes et spirituelles.»

Le serviteur d'Eliseè manqua de ces yeux spirituels, qui sont attachés à une grande pureté de cœur. C'est pourquoi, dans la crainte que lui cause la vue des Syriens qui l'environnaient, il eut besoin que son maître, pour le rassurer, demandât à Dieu qu'il daignât ouvrir ses yeux, afin qu'il pût voir cette armée céleste que Dieu opposa à ses ennemis, et qui couvrant la montagne environnait Eliseè. On demande quelle était cette montagne, et comment tous ces chevaux et tous ces chariots de feu qui la remplissaient, pouvaient être autour d'Eliseè, puisqu'il était dans la ville de Dothan. Mais cette montagne, pouvant être celle sur laquelle la ville même était située, il est aisé de comprendre que toute cette armée céleste qu'il plut à Dieu de faire voir à ce serviteur sous la figure de chevaux et de chariots de feu, conformément à la portée de ses sens, environnait Dothan où Eliseè était renfermé, environnait en même temps ce saint prophète. Ou bien, selon que l'explique un interprète, c'était seulement une vision dans laquelle Dieu représentait au serviteur d'Eliseè, son saint maître, sur une montagne toute environnée des esprits célestes qui le protégeaient contre la mauvaise volonté de ceux qui voulaient le prendre. Saint Jérôme dit que l'on doit remarquer que ce serviteur vit bien des chevaux et des chariots, mais qu'il n'est point dit que dans ce grand nombre de chariots et de chevaux il y eût aucune personne qui les montât, parce que celui qui les conduisait était Dieu même, dont le Roi-Prophète a dit qu'il est assis sur les Chérubins, et que ce fut par de tels chevaux et sur un tel chariot qu'Elie fut enlevé dans le ciel, ainsi qu'on l'a vu auparavant. (Sacy.)

VERS. 17. — ET APERTUS DOMINUS OCULOS PUERI. Non mirum, ait S. Ambr. serm. de Eliseo, si oratio aperuit oculos, ut videret exercitus; non mirum, inquit, si novus inserit oculos, qui nova promeretur auxilia. Aut cur non acie producta obtutum, qui cæcis instruxerat angelorum? Cur, inquam, non oratione sua hebetudinem pupillarum detegeret, qui meritis suis caliginem nubium penetravit? Necessariò ergo S. Eliseus hoc facto ministro formidolosò præsistit securitatem, cui jam refunderet claritatem.

Et ecce nos plenus ignem et curruum texerunt, in circuitu Elisei. Angeli hoc equos et currus specie ignis et ære et nubibus ex radiis solis, appositè ad ignem colorem exhibendum per eas transparentibus efformarunt, ut Eliseo suam cœlestem naturam igneamque celeritatem, fortitudinem, vim et efficaciam representarent, uti representavit Elia in igne raptu. Spiritus enim Eliaë successor et

VERS. 18. — PERCUTE, OBSECO, GEMERE HANC CAECITATE (1). Ad preces Elisei percussit Deus illum Syrorum exercitum, et caecitatis specie quae *ἀσπασία* dicitur, et secundum alios *ἀσπασία*, eum homo aliquid videt, illud tamen, quid sit, discernere non potest. Qualis fuit Sodomaeorum caecitas, qui cum viderent alia, portam tamen Loth videre non poterant; aut ita videbant, ut tamen ab aliis portis, aut etiam a solido continuoque pariete non distinguerent. Hanc Septuaginta *ἀσπασία* vocant. Cum autem interpretes nullam haberent Latinam vocem,

haerens fuit Eliseus; in eo ergo impletum fuit illud Dei promissum: *Ego ero ei, ait Dominus, murus ignis in circuitu, et in gloria ero in medio eius*, Zachar. 2. 3. Vide ibi dicta. Causam dat S. Ambr. serm. 2 de Eliseo: « Quid mirum, ait, si is auxilia meretur et coelo, cujus animus semper in caelo est. sicut ait Apostolus: *« Nostra autem conversatio in caelis est? Ergo si nostra conversatio in caelis est, et coelestium conversatio potest esse nobiscum, hoc est, ut qui vitam vivimus, angelorum recte consortium mereamur. Est ergo sancto viventibus quedam inter se cognatio, conjunctio atque societas, nec interest utrum in caelis maneat, an in terris; angelici sint habitus vel humani, dummodo in his sit eadem vita vel sanctitas. Conversatio enim connectit, quos separat elementum, et diversis licet corporibus dividantur, iisdem tamen acutibus conjunguntur. Atque idem fit ut sancti sibi quodam consorcio cohaerentes, a se invicem non discedant; et modo angeli ad terras veniant, modo homines ad caelestia transferantur: ac profecto meliore quibus vita communis est, incipiunt illis vivendi etiam elementa esse communia. »*

(Corn. à Lap.)

Mons Dothain, et assurgentes circum colles speciem exhibuerunt oculis pueri, tanquam obstiti essent armatis igne fulgurantibus, paritque in auxilium Elisei. Cujusmodi erant ferme agmen illud, vel castra, quae obviam habuit Jacob redux e Mesopotamia, ad torrentem Jacob, ejusmodi pariter fuissent legiones angelorum, quas Filius Dei evocare se posse in opem suam adversus furentes Judaeos asseruit.

(Galmel.)

(1) Audi S. Ambr. serm. 1 de Eliseo: « Tunc igitur oravit Eliseus, et omnem hostilem exercitum caecitate percussit. Non mirum si adversarius caecitatem intulit, qui famulo largitus est claritatem; et si hostibus auferat visum, qui ministro praestat aspectum. Ubi sunt, qui dicunt, plus quam preces sanctorum, hominum arma posse? Ecce una oratio Elisei totum exercitum vulneravit, et unius prophetae meritis omnis est hostium numerus captivatus. Quae catervae regum, quae turba militum talem victoriam perpetrarent, cui ita hostes postererent, ut de illis nullas occumberet? Haec est vera, haec incruenta victoria, ubi iste adversarius vincitur, ut de vincientibus nemo laedatur. »

(Corn. à Lap.)

quae hujus significationem exprimerent, caecitatem reddiderunt. De quibus see Aug. lib. Quest. in Genes. q. 45: « Viro, qui erant ad ostium domus (Loth) percusserunt caecitate. Graeci habent *ἀσπασία*, quod magis significat, et si dici potest, avertentiam, quae faciat non videri non omnia, sed quod non opus est. Hac *ἀσπασία*, et illi percussi sunt, qui querebant Eliseum. » Et idem Aug. lib. 22 de Civitate cap. 19: « Cum aliquid non videtur, quamvis adsit, à quibus alia quae pariter adsunt, videntur, sicut illam claritatem dicimus adfuisse, non visam, à quibus alia videbantur, *ἀσπασία* Graece dicitur, quod nostri interpretes Latine dicere non valentes lib. Genes. 19, caecitatem interpretati sunt. Hanc enim passi sunt Sodomitae, quando querebant ostium justi viri, nec poterant invenire. Quae si caecitas fuisset, quae fit, ut nihil possit videri, non ostium, quo ingrederentur, sed duces itineris, à quibus inde abducerentur, inquirerent. » Haec eadem Augustini ratio valet etiam in hanc Syrorum caecitatem; neque enim, si caeci omnino forent, Eliseum querebant, quem videre non possent, sed potius viae duces, quae ipsos in loca, unde nuper exierant, sine errore deducerent. Videbant igitur Eliseum, quocum loquebantur; videbant Dothan, ubi tunc Eliseum esse audierant; sed neque illam Dothan, neque hunc Eliseum esse putabant; quia alia Elisei, alia Dothan, in illorum oculos species incurerat.

VERS. 19. — NON EST ILLIC VIA, NEQUE ISTA EST CIVITAS: SEQUIMINI ME, ET OSTENDAM VOBIS VIRUM. Illic non nemo mendacii arguere posset Eliseum, cum neque illam diceret esse viam, quae duceret ad civitatem, quam ipsi querebant, neque illam esse Dothan, ubi tunc esset Eliseus, cum omnino se res haberet contra. Abul. q. 17, cum prius refutasset Lyrae sententiam, qui dicebat non esse civitatem illam Elisei patriam, sed Samariam, atque ideo in verbis prophetae non esse mendacium, quia non negavit illam esse civitatem, ubi esset tunc Eliseus, sed illam esse Elisei patriam et familiare domicilium. Quod verò Samariae esset Elisei domus, probabat Lyra, quia, ut cap. precedenti vidimus, puella Hebraea dixit uxori Naaman: *« Utisam fuisset dominus meus ad prophetam, qui est in Samaria! »* Et infra: *« Eliseus autem sedebat in domo sua, »* et tamen ibi erat sermo de civitate Samariae. Quod opinio confirmat Abul., quia Syri non querebant Samariam, sed Dothan, in qua erat Eliseus, at-

que ideo male negavit illam esse civitatem, et tibi esse prophetam, cujus causa eò essent profecti.

Ille aliam adducit expositionem accommodatè non tam ad verba militum, aut regis Syriae, quam ad illorum desiderium et animum. Querebant illi civitatem, ubi inventuri essent Eliseum, sed reverà, ut satis probavit eventus, invenerunt in Samaria, quia cum illum prius juxta Dothan non agnovissent, propter *ἀσπασία*, perinde fuit ac si viderent nunquam. Quam expositionem etiam adhibuit Hugo, verbis tamen obscuris. « Quando, inquit, verba proferuntur propheticè, vel significativè, intelligi debent in sensu quo sunt, non quem faciunt. » Et tandem eò magis inclinat Abul. ut putet Eliseum tunc fuisse mentitum, officiosè tamen, vel non reputatum esse mendacium, quia illud dicebat incitante Deo, ut per ostensionem miraculi, magis esset Dominus gentilibus notus.

Mihi non displicet prior Abulensis explicatio; sed neque displiceret, si quis diceret non de civitate aut de homine, quae eorum habere mittes illi, locutum Eliseum, sed de illa hominis et civitatis specie, quae se illorum oculis objecerat, quae longè aberat à verè civitatis et Elisei formà. Ac si diceret, illam quam se videre putabant, non esse Dothan, quia longè alia erat, vera illius veritatis imago, licet materialiter, ut dicunt logici, civitatem viderent; sicut etiam cum materialiter viderent Eliseum, formaliter tamen non videbant, quia non illius acceperant expressam imaginem; neque Eliseus promittit ostensurum se, quam querebant civitatem; alioqui Samariam non ostenderet, de qua ne cogitarent quidem, nisi ut illam effugerent, sed tantum virum, cujus gratia venerant, quem ante non videbant, cum tamen haberent presentem, quia alienam illis formam objecerat, non suam, se tamen ostendit cum habitata sensuum *ἀσπασία*, Eliseum esse cognoverunt, quem ante illum esse crediderant. Quare neque mentitus est Eliseus, cum dixit, neque illam esse viam, quia longè aliam apparere fecit, quam ipsi ante noverant, neque civitatem ex hoc solum negavit, neque de civitate illum praeterea verbum. Promisit solum se virum ostensurum, quem querebant. Quod fideliter praestitit in Samaria. Expende singula, et videbis nullum in his verbis apparere mendacium. Non est, inquit, haec via, neque ista est civitas. Sequimini me, et ostendam vobis virum quem quaeritis. Non dixit: ostendam civitatem quam quaeritis.

VERS. 20. — CUMQUE INGRESSI ESSENT IN SAMARIAM, DIXIT ELISEUS: DOMINE, APERI OCVLOS ISTORUM, UT VIDEANT. Haec tunc Syri *ἀσπασία* seu *ἀσπασία* laborabant, putabantque illam, quam ingressi fuerant viam, ducere in Dothan, cum ibi omnia expectarent signa, quae vel ipsi observassent antea, vel ab aliis notata didicissent. Praeterea cum plurimum Dothan dissimilis esset Samariae civitati regiae, in Samariam quam jam, Eliseo duce, fuerant ingressi, expressam quandam imaginem spectabant Dothan, et captam jam civitatem, et Eliseum comprehensum arbitrabantur. Cum autem clausi mœnibus tenerent, ne possent effugere, et in mediâ plateâ, omnium oculis et telis expositi consistissent, ex eâ spe et gaudio quamprimùm exciderunt. Oravit enim Eliseus Dominum, ut caecis illis, aut qui non procul aberant à caecis, oculos restitueret, et verè, sicut antea de rebus judicaret: quod cum essent ex inopinato consecuti, in eum se locum deductos agnoverunt, unde sibi ad libertatem et fugam, aperiendum aditum desperabant. Quid enim facerent homines, licet multi numero, turbati tamen et impediti, et eo in loco ubi ut maximè cuperent, commovere se non possent, neque tractare viles arma, cum contra se omnes Samariae vires et arma intenta, et animos similiter infensos viderent; de quibus Chrysostom. tom. 1, homil. de Eliseo et Syrorum insidiis: « O virtus, inquit, admirabilis Dei: ducuntur captivi, qui prophetam venerant captivare; detinere. Propheta sanctissimus non pugnat et vincit, non dimicat et subigit, etc. Mox ut captivi exercitus civitatem ingressi sunt, clauduntur portae, occurrit populus, rex festinat, stupent omnes, cuncti mirantur. » Et cum ad Elisei preces melius de suo progressu atque periculo judicaret, *ἀσπασία* sublata, qui prius cum essent caeci, aut etiam multò magis quam caeci miserabiles, cum se victores et fortunatos tunc censerent, quando minus aberant à mortis periculo, tunc reddito visu lamentantur et plangunt; tunc se captivos, tunc reos, tunc se morti iam proximis recognoscunt.

In his ergo Syris imaginem quandam intueri videor illorum, qui dum humana curant et fugacia, dum potentiorum aucupantur gratiam, et illorum studiis et libidini servant, felices se putant, quia quoddam *ἀσπασία* et reorum quas ante oculos habent, *ἀσπασία* labo-

rant : et dum illis Deus oculos aperit quos clauserat cupiditas, aut ambitio, aut alius quivis immoderatus affectus aut quibus falsæ rerum imagines illuserant, cum in plateâ Samariæ ab hostibus undique conclusi, instare sibi sentiunt inopinatum exitum, in horâ videlicet extremâ vite suæ, tunc reddito visu lamentantur et plangunt, tunc se captivos, tunc reos recognoscunt.

VERS. 22. — NON PERCIPIAS, NEQUE ENIM CEPISTI EOS GLADIO ET ARCU TUO. Convenerat ad novum illud spectaculum cum rege Samariæ totus populus instructus armis, et qui facillè turbatum illum et impeditum exercitum conficere potuisset. Sed non audeat rex Israel tentare aliquid, nisi Eliseo consulto, cuius operâ et precibus inexpectatum illum casum contigisse noverat. Quare rogat an sibi sive liceat, sive expediat, exercitum illum morti dedere, et illius cladē Syrorum vires debilitare, et spiritus frangere insolentes et acres. Negat id Eliseus fieri licere, cum in eas angustias reductus fuerit hostilis exercitus, non ab humana virtute, et bellico congressu, sed à divinâ manu. Non quia non liceret, aut fortassè esse posset ex usu ; sicut fecere sæpè cum magno rei Israeliticæ progressu viri sancti, qui in illos sævierant, quos ipsorum ferro Deus examinatos, et penè constrictos tradiderat, ut Judic. 7, sub Gedeone, et lib. 1 Reg. 6. 14, sub Jonathâ ; sed quia Deus suam potentiam ; ipsis etiam hostibus notam esse voluit, et tot habere illius in gentilibus populis præcones, quot fuerunt in illis Syrorum castris, et prius inductâ à pacis in periculum vitæ certissimum adducti, et postea suo beneficio ex ipsius mortis fauctibus extracti. Ita Chrysostomus supra : « Intercipitur, inquit, virtus, si virtutis relator extinguitur ; frustra signum apud nos, quod gestum est, et remanens ostenditur, si ipse signifer aboletur ; discant, qui nesciunt, referant qui senserunt, pergant ad suos, ad proprios redeant, virtutes indicent Dei, potentiam referant Domini. Nuntient, inquam, quæ senserunt, qui nuntiare non poterunt, si idem qui senserant, occiduntur. » Et post pauca : « Dimittit Eliseus exercitus istos ad suos ; dimittit, inquam, tot prædicatores, quot habuit hostes, tot relatores virtutum, quot homines hostium. Jam apud gentes Deo negotium geritur, jam apud exteros veritas comperta demonstratur. » Idem penè Theodoretus q. 20 : « Si interficiantur, non cogno-

scetur magnitudo miraculi : sin autem revertantur sani ad eum, qui misit, ille quoque discat Dei nostri potentiam. »

SED PONE PANEM, ET AQUAM CORAM EIS (1). In pane et aquâ per synecdochen, omne poculentum et esculentum intelligitur. Et quidem varia ciborum genera fuisse Syris apposita, constat ex eo quod statim subditur : *Apposita eis est magna ciborum præparatio*, qualis nimis regem decebat splendidum, in eâ maximè civitate, quæ caput erat regni, quæque, ut est verisimile, iis rebus abundabat, quæ sunt ad vitæ subsidia et splendorem necessaria.

VERS. 23. — ET ULTRA NON VENERUNT LATRONES SYRIÆ IN TERRAM ISRAEL. Quomodo latrones et latroneuli, idem interdum sint, qui milites, diximus supra, c. 5, in principio. Quomodo verò latrones Syriæ in Israelis terram non venerint ultra, cum tamen constet venisse non longè post, explicimus in nostris Com-

(1) Noluit Eliseus Syros licet hostes, occidi à rege Israel, sed benignè et lautè tractari, ut eos charitate superaret et ex inimicis amicos faceret, ut deinceps terram Israel non invaderent, nec præderentur ; quod et fecerunt victi ab Eliseo, tum potentia, tum potius amore. Vide S. Chrysost. (vel quisquis est auctor : styli enim elegantia arguit fuisse Latinum, non Græcum) hom. de Eliseo et Syrorum insidiis detectis, tomo 1, ubi, inter cætera, ait de Syris : « Mirantur et stupent (sibi pro morte victum, pro interitu cibum, convivium pro penâ parari.) Et inferis : « Fit tunc propheta sanctissimus gloriosus in suis, gloriosior in alienis. Exhibet suis signa virtutum, et alienis causas exhibet gloriarum. Docuit prior inimicos fovendi, primis debere hostibus parci, docuit adversariis pro penâ epulas exhiberi. » Deinde docet Eliseum fuisse typum Christi, unde subjicit : « O Dominum Christum, et in veteribus novum, et in novis exemplis veterem figuratum ! Eliseus sanctissimus claudii visum et reserat ; cæcos efficit et illuminat, aspectum admittit et condonat ; persequentibus admittit, et se sequentibus tribuit ; cæcos efficit alienos, et videntes efficit in civitate inclusos. Qui captivare prophetam venerant, exceperunt, et qui capti jam fuerant, oculantur. Huius utriusque veritas complectur, et et figura Christi, et exemplum futuri populi monstrarentur, ut jam fierent ex alienis proprii, ex inimicis amici, et ex hostibus sui. » Dimittit Eliseus exercitus istos ad suos ; dimittit, inquam, tot prædicatores, quot habuit hostes ; tot relatores virtutum, quot homines hostium. » Denique concludit dicens : « Quod tunc temporis defuit, postmodum completum esse per Apostolos in Pentecoste et deinceps, dicente Script. Psal. 18 : « In omnem terram exiit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum. »

(Corn. à Lap.)

mentariis super Isaiam cap. 2, ad illud : *Et confabunt gladios suos in vomeres, ubi diximus non amplius, non ultra*, et similia non significare semper aliquid perpetuum, sed aut quod diuturnum est, aut quod fieri solet, neque ita frequenter, neque eodem quo prius, successu. Sic de his qui erant evangelico tempore, dicitur Isai. c. 2 : *Non exercebitur ultra ad prælium*, et Gen. 35 : *Dictum est Jacob à Deo : Non vocaberis ultra Jacob, sed Israel erit nomen tuum* ; et tamen, ut constat, sæpè post hæc vocatus est Jacob ; et Evangelii tempore bella non defuerunt. Sed verè homines dicuntur non exercendi ad bellum, et Jacob non esse vocandum antiquo nomine, quia utrumque minis sæpè accidit, quam prius : vide quid nos hæc de re capite præcedenti ad finem. Alii alias adducunt solutiones, quæ minis videntur expeditæ, aut quia non probant, quod assumunt, aut quia non adeo curioso lectori satisfaciunt. Hæc explicatio placuit Abulensi q. 24, et Adriano Fino lib. 7, oppositione 5. Et fortassè verum est quod supra putat Abulensis, latrones dici non quoscumque milites, sed qui turmatim prædaturi aliorum fines ingrediuntur ; nam qui cum rege aut imperatore sub signis merentur, latrones non videntur. Quare licet rex Syriæ cum exercitu venerit contra Samariam, non tamen latrones venisse existimantur, sed milites. Aut certè cum illi cum rege latrones fuerint in castris, non tamen isti quos sibi Eliseus beneficis, et populo Israelitico demeruit.

VERS. 24. — CONGREGAVIT BENADAB, REX SYRIÆ, UNIVERSUM EXERCITUM SUUM, ET OBSIDEBAT SAMARIAM. Hic Benadab ille idem fuit, quocumque eventu vario non semel congressus est Achab : qui cum amplificare vellet imperium, quicquid habuit virium undecumque conscripsit, et Samariam Israelitici regni caput obsedit. Fuit autem usque adeo longa et gravis obsidio, ita dira atque obscena famines, ut illa adhiherentur in cibum, quæ natura horret, et quæ sine nauseâ tangi aut spectari non possunt.

VERS. 25. — DONG VENVNDARETUR CAPUT ASINI OCTOGINTA ARGENTEIS. Fecit illa pertinax Syrorum obsidio, ut humana consumerentur alimenta, et obsessos eò adigeret famem ut vulturno more putridis vescerentur cadaveribus, imò et stercore, quod faciunt canes et porci ; et quod magis est miserandum et horribile, matres ipsæ naturâ molles, et in prolem indulgentissimæ, filiorum carnibus, quos suâ

ipsæ manu prius occidissent, acutam famem non tam explerent et levarent, quam obtunderent. Fuerunt profanis tempora usque adeo angusta, propter hostium in obsidendo pertinaciam, ut homines è muribus magno interdum pretio coemptis ; ex serpibus, ex his denique rebus, quæ natura, quia inutiles, repudiavit et exerevit, alimenta paraverint. Vide Valerium Maxim. lib. 7, c. 6 ; illa tamen omnia pertulit Samaria, quæ omnibus seculis memorabile prodidit documentum.

Caput asini venundatum dicitur octoginta argenteis, sicis videlicet, quos Græci stateres appellat, valentes trecentas et viginti drachmas, totidem videlicet Hispanicis argenteis. Lyra in capite totum animal significari putat : et quidem, ut sæpè à nobis usurpatum est, vulgari Hebræorum idiomate *caput alicujus* pro eo sumitur cuius est caput. Quo modo dicimus, *caput canis, caput colubri*, pro cane et colubro. Hinc tritum illud : *O præclarum caput, vile caput, caput liberum*, pro homine præclaro, vili et libero : et in re armentaria et pecuariâ valde familiare est. Cum enim greges numeramus, numerata dicimus capita, et tot esse capita, quot sunt, verbè gratiâ, oves, boves, equi, etc. Hispani certè, cum de gregibus est sermo, sic plerumque loquuntur : *Dies mil cabeças, mil reses*. Res autem idem est, quod caput apud Hebræos, à quibus hanc vocem sumpserunt Hispani. De hæc re multa habemus scripturæ : unum pro multis exemplum accipe. Marcianus lib. 15 de Pignor. : « Gregi, inquit, pignori obligato, quæ postea nascuntur, tenentur, sed etsi prioribus capitibus decedentibus totus grex fuerit renovatus, pignori tenebitur. » Et Ulpianus lib. 3, digest. de rei Vendicatione. Marcellus lib. 4, digest. scribit : « Qui gregem habebat capitum trecentorum, amisit centum, redemit totidem aliena capita. » Unde tributum personale, capitale dicitur. Vide Petrum Gregorium, 1 p. Syntag. lib. 3, cap. 5, ex Num. 40. Non displicet Lyræ cogitatio ; verumtamen placet magis, quod visum est communiter aliis, et probat vocis ipsius proprietates, quæ in capite intelligit id quod propriè sonat. Et quidem in eâ ciborum charitate nimis esset vile pretium, pro uno asino, qui conditus sale diu unam posset sustentare familiam, octoginta argenteorum, neque magna esset illa famis amplificatio. Neque mirum est tanti venditum esse unum asini caput, cum teste Plinio lib. 8, c. 57, Valer. Max. lib. 7, c. 6, cum Annibal

Casilinum obsideret, mus unus ducentis denariis emptus esse dicitur.

ET QUARTA PARS CABI STERCORIS COLUMBARUM QUINQUE ARGENTIS (1). Quia in columbino ster-

(1) Quarta pars cabi continebat hemisextarium et quartam pintæ partem cum digito cubico, et amplius aliquantulum. Ea mensura stercoris columbarum plena, venibat siclis quinque, id est, libris octo circiter monetæ nostratæ. Sed quorsum stercus illud columbarum, ad extremam illam famem lenendam? Sunt qui credant, usum ejus fuisse ad ignem, alii ad satendum, alii ad cibum, alii ad stercorandum.

Qui in usum cibi adhibitum censent, rem exemplis non carere dicunt. Rabaces militum Judæis, redigendos fore illos in tantam rerum angustiam, ut stercore suo vesci cogantur. Constat utique, stercus merularum ac turdorum valere ad alendos saginandosque boves et porcos: *Ego arbitror præstare ex aviarum turdorum, ac merularum, quod non solum ad agrum utile, sed etiam ad cibum, ita bobus ac suis, ut fiant pingues.* Cur igitur dira famem non adegerit homines ad cibum, quod bruta saginantur? An stercus columbarum minus nutrit, quam merularum et turdorum? Accidit interdum, ut stricte obsidione urbes offerrent in cibum coriæ clypeorum, calcæorum, horæ, nervos et femur vetus, quæ et in sordidissimis quibusque locis quaesita sunt, cordidissima quæque ac foetidissima, ut misero cibo vita sustentaretur. De Druso in carcere datum tradit Suetonius: *Druso adæd alimenta subducta, ut tormentum è cæciliâ tentaverit mandere.* Quis tamen in animum induxerit, ut in fame licet desperatâ,empta fuerit pretio stercoris columbarum octava pintæ pars et aliquantulum amplius in usum cibi? Quis ignorat, nihil in his excrementis esse aptum quo alantur? cum enim columba avis sit omnium, quas novimus, calidissima, strenue cibum digerit, nec dimittit nisi stercus aridissimum, omni succo destitutum. Quæ Judæis nuntiabat Rabaces, thrasonice erant mine; et si fortis famis rabies ad extremum aliquid interdum adegerit, nunquam tamen factum est, ut satis præmeditato consilio emerentur in cibum res ad alendum ineptissime.

Fatemur equidem, stercus columbarum momentum esse ignis, atque cogente necessitate ad cibos decoquendos valere potuisse. Scitum est, alicubi vaccæ stercore vel camelæ pabulum ignis præberi; et apud Turcas publica balnea stercore camelæ vel capræ incenso igne calefcere. Sed quorsum hæc exempla ad probandam extremam illam, quæ Samaria tentabatur, famem? Insuper credibile est, de fuisse aded in totâ hæc vasti ambitus urbe struem lignorum cæteraque ignis fomenta, ut cogeretur incolæ tam charo emere in eum usum parvam quantitatem foetidissimi hujus excrementi?

Arbitrantur alii, eo fimo usos fuisse ad stercorandos agros et hortos intra urbem comprehensos; quasi scilicet ad stercorandum opus fuisset emere octavam pintæ partem stercoris pretio octo librarum, id est, multo cbarius quam vendi potuissent radices et stirpes eo stercore fovenda.

core, nihil esse videtur esculentum, quodque vim habere possit alimenti, quidam non putant hic significari columbarum excrementa, sed grana quædam, et arborum bæccas, quas in gutturi vesicâ habent columbæ. Ita Lyræ, cujus sententiam non improbat Historia Scholæ, Dionysius, Hugo. Columbis autem licet suos in urbe, cum omne esculentum deerat, nidos haberent, tamen quia extra mœnia egressæ suæ foris ex agris alimenta portabant, satiræ erat cibi. Hoc fortasse verum. Sanè non improbabile; verumtamen verborum non est deserenda proprietas, ubi ipsa rerum difficultas, aut contradictio non cogit. Sanè, ut animalia quædam sunt, quæ aliorum stercore pascuntur, ut quotidie videmus, neque in illo deest aliqua nutritiva et esculenta materia; sic etiam in columbino stercore aliquid est reliquum de confecto cibo, quod non appetit, aut concoquit columbarum, hominum tamen natura non respuit, imò quod salutare

Josephus et Theodoretus stercus illud pro sale adhibitum fuisse censent: verum, esio, scilicet in his excrementis contineri, quantâ difficultate, quantis sumptibus et sudore opus fuisset, ut ejusmodi saltem terrestri et insipidiâ materiâ defæceretur? Docent Thalmidistæ, Samaritæ olim frequentissimæ fuisse columbas, edoctas volare per arva, atque ingluvium replere tritico, quod domum redire regere cogebantur. Porro de frumento ita à columbis reddito sermonem esse hic, ejusmodi præclari doctores tradunt: sed ineptiam hujus fabellæ nemo non sentit, atque ipsa se satis superque refutat.

Junio et Fullero alia succurrit interpretatio textus Hebræi, minus utique probabilis, ferens, ventrem et interiora columbæ pretio quinque siclorum venditâ fuisse Samariæ. Opinionem hanc, quæ minores conatus exegisset, fusius et operosius refutat Bochartus. Deinde sententiam suam proponit, docens voces originales reverâ quidem stercus columbæ exprimere; quod tamen nomen longe aliud designare affirmat, quàm quod solum apud nos intelligi. Arabes enim stercus columbarum vel passeris duo prorsus diversa appellant, museum nempe quemdam arboris, vel terræ calculos, ciceri persimilem, cui visinest refrigerandi, et quo unâ cum melle vinum conficitur. Genus alterum stercoris columbarum legumen est, ad classen ciciorum referendum. Appellat Arabes *Uzen* vel *Kali*, rediguntque in pulverem astringentem et detersivum, nuncupatum *Salem Alkali*: eroditur autem herba hæc Kalieadem esse ac nostratum *Soudæ*, cujus cineres liquecant in vitrum; *Uzen* recensent scriptores Arabes inter ciceres, atque Hebræi nomen *Kali* tribruantur tosto ciceri, cujus frequens erat olim apud veteres, et nunc pariter communis est usus in Oriente. Postrema hæc sententia, cujus argumenta fusius apud auctorem habes deducta, merito retinenda est. (Calmet.)

habet et non insuaves escas. Quod in aliis animalibus facit natura, id in homine facit necessitas, et illa famas quam Virgilius lib. 3 *Æneid. obacanam* vocavit, quia homines, ut docet ibi Servius, ad obscenas et indecoras epulas compellit, et lib. 6, *malesadam*, quia nihil est tam inhumatum et fœdum, ad quod non invitet, imò trahat famas et dira necessitas. Sunt qui dicunt cum Josepho non adhiberi columbarum stercus ad cibum, sed ut ciborum esset condimentum, sicut sal. Alii emi stercus illud, ut eo ad coquendos cibos pro lignis uterentur obsessi; sed ista satis suam fidem et veritatem produunt.

VERS. 26. — CUMQUE REX ISRAEL TRANSIET PER MURUM, MULIER QUEDAM EXCLAMAVIT AD EUM, DICENS: SALVA ME, DOMINE MI REX (1). Ascendit rex murum, ut videret an satis diligenter vigilaret excubiæ, et an satis alii fideliter datas sibi stationes tenerent, aut ut inde hostium exploraret castra; aut alias ob causas,

(1) Des critiques prétendent, dit Voltaire, que cette aventure (celle des deux femmes de Samarie) ne peut être arrivée comme elle est rapportée dans le quatrième livre des Rois. Il est dit dans ce livre que le roi d'Israël, en passant par le mur ou sur le mur de Samarie, une femme lui dit: *Salvez-moi, o seigneur roi; et le roi répliqua: Que veux-tu? Elle répondit: O roi, voici une femme qui m'a dit: Donnez-moi votre fils, nous le mangerons ce soir.* etc. Ces censeurs prétendent qu'il n'est pas vraisemblable que le roi Bénadad assiégeant Samarie ait passé tranquillement par le mur ou sur le mur de Samarie pour juger des causes entre les Samaritains.

Assurément cela n'est point vraisemblable, cela choque au contraire toute vraisemblance, qu'un roi ennemi assiégeant une ville ennemie ait passé tranquillement par le mur ou sur le mur de cette ville pour juger des causes entre ses habitants; c'est bien ce qu'on peut imaginer de plus absurde. Mais cette absurdité n'est point dans le quatrième livre des Rois. Ce livre marque expressément que ce fut au roi d'Israël que ces deux femmes s'adressèrent. Ce livre est-il responsable de ce que des critiques, ou ignorants ou de la plus insigne mauvaise foi, confondent ce qu'il a parfaitement distingué, à savoir le roi d'Israël d'avec le roi de Syrie?

Il est encore moins vraisemblable que deux femmes ne se soient pas contentées d'un enfant pour deux jours: il y avait là de quoi les nourrir quatre jours au moins.

Ces critiques savent sans doute de quel âge et de quelle grandeur était cet enfant; et ils ont exactement calculé ce que peuvent manger en quatre jours deux femmes dévorées depuis long-temps d'une faim cruelle.

Voilà comme raisonnent les habiles censeurs de nos divins livres. Qu'ils sont bien dignes de la confiance de leurs lecteurs! (Duclos.)

quibus in eo rerum articulo providere debent qui reipublicæ præsunt. Quem mulier quædam adit, et magno clamore et femineo ululatu regem alloquitur, illumque suarum injuriarum vindictam appellans, ait: *Salva me, o rex.* Puto hanc esse familiarem formam, quæ homines aut in afflictâ fortunâ, aut cum à fortiori premuntur adversario, qui jus nostrum obtinere non sinit, patronos advocamus, et illorum, ut nulla contra jus et fas inferatur injuria, imploramus auxilium. Sic qui res suas ab alio iniquè sublatas judicio repetit, optimè, meo judicio, diceret: *Salva me, iudex*, quia nisi mecum jus te vindicæ juxta leges obtineo, mihi perendum est. Neque mihi videtur improbabile, hoc loquendi modo aliquid honoris ab inferiori ordine superioribus deferri. Unde sæpè in salutationibus usurpabant Hebræi, *Hosanna*, id est, *serva, obsecro.* Cùm autem hie dicendi modus ad varios pateret et adhiberetur sensus, quia multis modis salvare alios aliquis potest, vel judicio, cum bona alicui restituntur ablata, vel armatâ manu, cum armatus imminet adversarius, vel certè porrecto cibo, cum gravis urget famis; rex, ut apparet, in posterorem hunc sensum accepit hanc mulieris sive obsecrationem, sive querelam, quasi panem peteret, aut aliud quodvis deficientis naturæ subsidium. Quod ipse præstare non poterat, cum non minus quam illa premeretur angustè. Offensus ita tam intempestivâ imploratione respondit, id quod homines cum exulcerato sunt animo, cum fastidio et stomacho: *Non te salvet Deus.* Quod dicitur in eodem affectu, et cum eodem stomacho profani: *Dii te perdant, dii tibi malefaxint*, et similia.

VERS. 27. — UDE TE SALVARE POSSUM, DE ARÆ, VEL DE TORCULARI (1)? Putabat rex optare, alique exigere feminam esculentum aliquid, aut poculentum: cùmque in aræ et horreis, in torculari, et dolis horum nihil haberet,

(1) NON TE SALVAT DOMINUS: UDE TE POSSUM SALVARE? DE ARÆ, VEL DE TORCULARI? Veteres quidam codices ferunt: *Non salvet te Dominus: unde te possum salvare?* Quod congruit Hebræo et Septuaginta, retineturque à doctis pluribus interpretibus. Perdât te Deus, à infelix caput! quomodo vis ut tibi salutem procurem? non vides imparem me esse ut te juvem? Biblia quædam vetera impressa alium sensum, quamquam eadem verba, reddunt: *Salva me, domine mi rex. Qui ait: Non (non valebo) salvet te Dominus; unde te possum salvare?* Sec. Vulgatæ interpretatio magis perspicuum sententiam reddit. (Calmet.)

reputat illam à se, quasi suæ et publicæ necessitatis ignaram. In areâ illa intelliguntur, quæ grana continent, in folliculis inclusa, et quæ in areâ, plastris aut tribulis teruntur, qualia sunt frumentum, hordeum, lupinus, cicer, et similia; in torculari, qui ex vite præcipuè, et si qui alii poculenti succi ex pomis, puniceis malis et aliis plantarum fructibus exprimuntur. Cùm autem in pane et vino omnia intelligantur naturæ subsidia, quæ sunt à potu et cibo, puto tam vinum et aquam, quam aream et torcular pro omni alimento figurâ sumi proverbiali.

Quid tibi vis? Apparet hunc regem præcipienti esse, atque iracundo ingenio, quod ut facili à furore abripitur, sic etiam illo defervescente facili sedatur. Malè aliquid præcatus fuerat mulieri, quæ ab illo importunè salutem implorabat, brevi tamen se ab illo furore recipit, et à muliere rogat, æquid vellet à regiâ sive liberalitate, sive potentiâ et auctoritate præstari. Eodem modo, cùm paulò post omnia esset Eliseo minatus, dixissetque: *Hæc mihi faciat Deus, et hæc addat, si steterit caput Elisei super ipsum hodî,* statim consedit furor, et mitius illum est allocutus.

VERS. 28. — MULIER ISTA DIXIT: DA FILIUM TUUM, UT COMEDAMUS EUM HODIE. HÆC EST tota causa, quæ mulierem planè miseram ad regios pedes supplicem abiecit, ut quando suum ipsa filium occidisset, epulandumque tradidisset vicinæ suæ ex pacto, juberet ut staret promissis, et filium quoque suum juberet occidi. En crimen, en causa: vitam insectatur infantis, et sibi deberi ex pacto contendit infantile corpus. Exempla habemus aliquot diræ famis, quorum nonnulla paulò ante retulimus; sed nulla magis acerba, quam quæ passus fuit populus Israëliticus, sicut illi minatus fuerat Deus, si quando à divinarum legum observatione recederet. Deut. 28. v. 53: *Comedes fructum uteri tui, et carnes filiorum tuorum et filiarum tuarum.* Hoc autem accidit hic, ut vides, et cùm à Chaldaïcis obsessa fuit Jerusalem, ubi non solum parentes ex filiorum carnibus sibi pararunt cibos, sed etiam ex parentum filiis. Ezechiel. c. 5, v. 10: *Patres comedent filios in medio tui, et filii comedent patres suos.* Quod accidit tertio cùm à Romanis in easdem angustias adducti sunt Judæi, ut auctor est Josephus lib. 7 de Bello, capite 8. (4)

(4) Permissit Deus Samaritas ad hæc extrema atque primò ad puniendum eorum schisma et idololatram; secundò, ut illustrior fieret

VERS. 30. — QUOD CUM AUDISSET REX, SCIDIT VESTIMENTA SUA, ET TRANSIBAT PER MURUM (1). In sua ex his liberatio, et Elisei illam promittentis propheta. Sic Deus permittit homines subinde ad ipsa mortis limina pervenire, ut eò ferventius Deum invocent, ac Deus eos exaudiens majorem ab eis gratiarum actionem et laudem referat: quare in rebus naturaliter desperatis maximè sperandum est in Deo, qui illis solet succurrere. Audi S. August. Serm. 214 de Temp.: *Natum convertit in cibum, quem Deus condidit in solatium.* Sed postquam ad funestas epulas ventum esset, altera mulier alteram exhortatur: *Recipe, inquit, et recipe, miseranda mater, in viscera filium et super visceribus procreatum; esto tui natæ sepulchrum, esto ejus corporis diversorium; esto ejus, ut ita dixerim, monumentum; intra te paululum comestus infans redeat, equi per famem vivere jamjamque non poterat. Recipiat nunc comestum uterus, quem vivum ediderat partus. Repetat habitaculum mortuus, unde nuper exierat virus.*

(Corn. à Lap.)

VERS. 29. — COXIMUS FILIUM MEM. Inauditam savitiam! terribile vindictis flagellum Numiis, quod ore Moysis prædixerat Israëlitis, si quidem unquam Deum desererent, futurum ut *comederent fructum uteri sui, et carnes filiorum suorum et filiarum suarum.* Crudelitatis hujus exempla quædam similia spectata sunt, tum in obsidione Hierosolymæ per Nabuchodonosorem, tum in postremâ per Romanos. (Calmet.)

(1) *Tout le monde vit le cilice dont le roi était couvert, et il dit: Que Dieu me traite dans toute sa sévérité, si la tête d'Elisee est sur ses épaules aujourd'hui au soir.* Quelle étrange pénitence d'un roi impie, qui se couvre d'un cilice, comme voulant apaiser la juste colère du Seigneur, et qui fait en même temps un serment terrible de faire couper la tête ce jour-là même au plus saint prophète qui fut alors, à cause qu'il ne détournait point de dessus la ville de Samarie ces fléaux épouvantables d'une guerre très-cruelle et d'une horrible famine. Ce prince insensé, dit un ancien Père, était en cela le vrai fils et l'imitateur de la cruauté d'Achab, son père. et de Jézabel, sa mère, et nous pouvons ajouter, de leur extrême folie, puisque, comme dit encore le même auteur, au lieu de prier, comme il aurait dû, ce saint prophète, d'offrir à Dieu ses prières et ses larmes, tant pour lui que pour son peuple, il menace de le tuer, comme s'il eût négligé, ou qu'il eût même volontairement négligé de secourir Samarie dans cette pressante extrémité. C'était à lui-même qu'il devoit attribuer la cause du malheur où il se trouvait, et il en accuse ce grand serviteur de Dieu, ou pour mieux dire, Dieu même. C'est la conduite, assez ordinaire, non-seulement des impies, mais de beaucoup de Chrétiens, qui, étant pressés par le poids de quelque grande affliction, ne s'avisent guère de sonder leur cœur et le fond de leur conscience, pour reconnaître sincèrement si leurs crimes n'ont point attiré sur eux les fléaux de la divine justice, mais en accusent très-souvent les hommes. C'était aussi la coutume des païens, qui

dolore, quâcumque ex causâ ille nasceretur, discindebant Hebræi vestimenta sua, ut variis sæpè locis ante docuimus. Vide quæ nos supra lib. 2 Reg. cap. 14. Sed antequam audisset illarum feminarum controversiam, et videret ad eadem posci miserum infantem, ut duarum matrum famem levaret, jam ipse vestem induerat cilicinam, quam ad extorquendam ab irato Deo misericordiam, maximum putavit habere momentum. Sic sanè fecerat non multò ante Achab, cùm graviter esset ab Eliâ reprehensus, lib. 3, cap. 25, v. 16. De hujusmodi luctu diximus plura lib. 2 Reg. c. 12, et in Commentariis nostris in Jonam, c. 5, ubi duorum regum legitur exempla quàm simillima, alterum Davidis, alterum regis Niive, qui Deum sibi offensum afflicto corpore, et abjectâ regiâ majestate placarunt. Vide Commentarios nostros ad illud Joelis c. 2: *Scindite corda vestra, et non vestimenta vestra.* Et licet occultum rex ad illud usque tempus cilicium gestaret appressum carnibus, cùm tamen fuerint vestimenta discissa, omnium oculis confestim apparuit. Quid sit cilicium, nemini dubium, vestimentum nempe asperum et rude, quod non tam foveat, tegatque corpus ad honestatem et molliem, quàm affligat et pungat. Dicitur autem cilicium, à Cilicia, ubi caprarum sunt numerosi greges, quæ vellus habent tonsile, ex quo vestes fiunt crasse, et sagæ ad rusticos usus et cœli nubiumque molestias opportuna. Quia verò in capris hircisque pili sunt rigentes, quique à setis non admodum differunt, fit ut vestes cilicinæ, quæ à capris hircisque, seu etiam interdum à camelis materiam sumperunt, non dicantur lanæ, quia lana mollior est quàm ut in caprarum pilos convenire debeat. Sic sanè Martialis lib. 14, epigr. 140, ejus titulus est, *Udones cilicini:*

Non hos lana dedit, sed olentis barba mariti:

Ciniphio poterit planta latere simi.

Hoc nomen sæpè in Scripturâ sacrâ audimus, et caprarum pilos, ex quibus ad tegendum tabernaculum stragula texebantur cilicina. Exod. c. 26: *Facies et saga cilicina undecim, ad operiendum tectum tabernaculi.* Cilicinium quoque fuit tegumentum illud quod sibi de camelorum pilis Joannes contexit. Et quicquid jam è setis, sive equinis, sive bovinis, ad

rejectionem autem saepe in Scripturâ sacrâ audimus, et caprarum pilos, ex quibus ad tegendum tabernaculum stragula texebantur cilicina. Exod. c. 26: *Facies et saga cilicina undecim, ad operiendum tectum tabernaculi.* Cilicinium quoque fuit tegumentum illud quod sibi de camelorum pilis Joannes contexit. Et quicquid jam è setis, sive equinis, sive bovinis, ad

affligendum corpus homines penitentia gratiâ conficiunt, cilicium appellatur.

VERS. 31. — HÆC MIHI FACIAT DEUS, ET HÆC ADDAT, SI STETERIT CAPUT ELISEI. Miror quòd tam stomachetur rex in Eliseum, à quo nihil passus fuerat quod aut majestatem læsaret regiâ, aut aliquâ ratione ad statum illum augustum civitatis pertineret. Sed sanè qui tyrannico more rempublicam non tam moderantur quàm imperiosè vexant, non tam spectare solent quid ab illis ratio et æquitas exigat, quàm quid imperet nimis præceps et vesana libido, cui libentius obsequuntur quam legi. Quidam idèo tam succensere regem putant propheta, quia cùm posset civitatem ab hoste liberare, sicut antea fecit, cùm hostes cæcos in medium civitatis induxit, et penè constrictos tradidit Samaritanorum armis, id tamen cùm civitas magis angustè premeretur, non facit, aut saltem aliquo alio modo civitatem ab obsidione non solvit, aut de vite naturali et necessario subsidio non providet. Ita Ambr. lib. 5 de Officiis. Aut etiam cùm tam videret legis et patriæ religionis amorem, et in illos tam severum atque infensum, qui illam prodidissent, et cum vitulorum supersticioso atque nefario cultu permutarent, persuaderet sibi potuit duram illam et obscenam famem suis precibus exorâsse à Domino, ut vextio daret intellectum, et qui à verbis prophetæ nolverat, ab obsidione et fame disciplinam acciperent. Dicit etiam Ambr. ubi supra, nunc indignari regem vehementer Eliseo, quòd ipsi non permisit illos occidere, qui cæci in Samariæ plateam fuerant ingressi, cùm tamen nullo negotio facere poterit. Quia illam ratio aut furor in vesanum illud consilium impulerit, mihi incertum est; illud scio non fuisse ante illum articulum meditatum, neque causam fuisse gravem, quando tam brevi revocavit mentem, et cui severè minatus fuerat capitale supplicium, illum statim mitius allocutus est, quod facili suadet illum non tam à ratione duci, quàm à furore trahi.

VERS. 32. — ELISEUS AUTEM SEDEBAT IN DOMO SUA, ET SENES SEDEBANT CUM EO. Non lego Eliseum in Samariâ, intra statim mitius allocutus est, quod facili suadet illum non tam à ratione duci, quàm à furore trahi.

VERS. 32. — ELISEUS AUTEM SEDEBAT IN DOMO SUA, ET SENES SEDEBANT CUM EO. Non lego Eliseum in Samariâ, intra statim mitius allocutus est, quod facili suadet illum non tam à ratione duci, quàm à furore trahi.

ratus est, quam habuit pro sua, ideò in illa sedisso dicitur, et cum illo senes, qui illius delectabantur consuetudine, aut quia cum illo de communi re deliberabant. Est sanè in rebus angustis virorum sanctorum ad defendendos animos mœrore contractos potentissimus sermo, qui aut docet quid lateat commodi in eo quod videtur humanis rationibus esse contrarium, aut promittit brevem et expeditum exitum ab eo quod illi aut perpetuum aut diuturnum futurum esse crediderant.

PRÆMISIT ITAQUE VIRUM. Cur rex hominem præmiserit ad Eliseum, non docet Scriptura: illud videtur certum, eo misisse consilio, ut commodius posset, quod ante minatus fuerat, amputare caput prophetae. Id enim valet quod statim additur: *Nunquid scitis quòd miserit filius homicidæ hic ut præcidatur caput meum?* Eò fortassè spectabat illa viri præmissio, ut doceret regem ubinam esset, an solus, et quid rerum ageret Eliseus, ut ipse statim subsensurus, facilius quod optabat perficeret. Quod videbat propheta, et ideò obserari ostium iussit, ne rex, qui nuntii sequebatur vestigia, in domum interiorè irrumperet. Aut certè missus est, ut prophetam occideret, quod cum sciret Eliseus, iussit portam occludi tantisper, ut opinatur Abulens. q. 38, dùm dominus illius adveniret, qui aderat à tergo jam alienus à priori sententiâ, quam dùm paululùm à furorè respirasset, mutaverat. Quasi dicat: Si nuntium tantisper foris excludatis, nihil erit timendum, neque ab armato nuntio, neque ab irato rege. Nam rex qui illum proximum assequitur, jam mutabit animum, et ferrum extorquebit de nuntii manibus, cui id ante negotii dederat, ut caput meum præcideret. Quare perbrevis mora caput meum ab hostili ferro vindicabit.

VERS. 33. — ADHUC ILLO LOQUENTE, EIS AP- PARUIT NUNTIES, QUI VENEBAT AD EUM, ET AIT. Obscurum est quisnam hie fuerit, qui locutus esse dicitur, nuntiusne, an rex, qui antegressum assecutabatur nuntium. Josephus regem esse putat, qui simul cum nuntio, aut eo fortassè prior ingressus est; qui cum animum exigua illa temporis morâ jam mutasset, compresso furorè, à quo priùs rapiebatur ad prophetæ eadem, verba locutus est, et sana magis, et minòs quàm antea minacia: idem etiam putat Theodoretus q. 32, et mihi est penè certum, quia non priùs ingressus est nuntius quàm rex. Neque enim objectis portarum claustris intrare nuntius potuit, et rex qui eodem penè temporis momento adfuit, ut nuntium

retardaret à cæde, prohiberi neque debuit, neque potuit. Sed præsentè rege ipsius nuntium loqui neque urbanitas, neque observantia patiebatur. Hæc sententia placuit Abulensi q. 39; Lyræ, Dionysio, Cajetano, Vatablo, qui omnes dicunt adductum penitentiam regem revocare voluisse spiculatorem ab Elisei cæde. *Filius homicidæ.* Filius erat Joram Achab et Jezabelis. Uterque homicida fuit, Achab quidem, quia occidit Naboth, et conscius fuit, aut etiam adjutor illorum prophetarum cædis, quos interfecit Jezabel, de quâ lib. 3, c. 18; Jezabel autem, quia et ipsa Naboth interfecit et prophetas, et nihil fecit reliqui, quo Ellam Elisei magistrum interimeret. Quare verè ab Eliseo vocatus est Joram homicidæ filius.

ECCE TANTUM MALUM EST A DOMINO: QUID AMPLIUS EXPECTABO? Exposuit, opinor, Joram illarum feminarum controversiam, quæ proximè ad se delata fuerat. Quo nihil videbatur ex cogitari posse miserabilis, quàm eò, premente fame, adactas esse matres, ut filios laceratos et coctos in sua rursum viscera reconderent. Ait ergo rex in eo esse statu rem Samaritanam, ut nihil esse videatur, quò fames, aut calamitas procedere possit ulterius. Aut certè nihil esse expectandum gravius, ut jam tandem oret ad Deum, ut respiciat populum tam durè vexatum, et rebus jam omninò cadentibus desperatisque subveniat. Et hæc posterior explicatio mihi probabilior.

Quærit Abulensis q. 42, quare non antea, cum tot urgerent mala, pro populo non orârît propheta; et docet ideò omissum esse præcationis officium, quia Deus jam antea dixerat, nihil impetraturas preces pro gente usque adeò sceleratâ profusas; sicut Ezechiel, c. 14, et Jeremias c. 15, dixit, si in peccatore populo essent viri quidam sanctissimi, Moyses, Samuel, Noe, Daniel, Job, nihil tamen effecturos esse, cum contra ad cælum usque peccatorum scelerâ clamarent. Jam forsân audierat id, quod Jeremias c. 7, v. 16: *Tu ergo noli orare pro populo hoc, neque assumes pro eis laudem et orationem; et non obsistas mihi, quia non exaudiam. Nomen vides quod isti faciunt?* Et fortè jam Eliseus sæpiùs oraverat, nihil tamen obtinuerat, quia nondum advenerat orationis maturitas; sicut oravit sæpè pro Saddle Samuel, et pro commisso sibi populo Moyses, neque tamen illi semper auditi sunt.

Mihi illud etiam videbatur non alienum à propheticò zelo, noluisse Eliseum orare ad illud usque tempus pro populo, quantumvis

illum urgeret angustè Syrorum obsidio, quia illam vexationem opportunam esse noverat, ut cæcos aperiret oculos, et intellectum daret insipientibus. Sanè qui supra c. 2 pueris maledixit, qui statim ab ursis lacerati sunt, quia id spirituali tam ipsorum quàm parentum salutì expedire censebat, idem cum fame et ferro domari posse existimaret gentem cervicis duræ, et ad sanam mentem et officium adduci, non tam hebetare voluit orando, quàm acere tribulationem aculeis. Neque eam ob rem judicari debuit inhumanus et durus,

CAPUT VII.

1. Dixit autem Eliseus: Audite verbum Domini: Hæc dicit Dominus: In tempore hoc cras modius similæ uno statere erit, et duo modii hordei statere uno, in portâ Samariæ.

2. Respondens unus de ducibus, super ejus manum rex incubebat, homini Dei, ait: Si Dominus fecerit etiam cataractas in cælo, numquid poterit esse quod loqueris? Qui ait: Videbis oculos tuis, et inde non comedes.

3. Quatuor ergo viri erant leprosi juxta introitum portæ; qui dixerunt ad invicem: Quid hic esse volumus donec moriamur?

4. Sive ingredi volerimus civitatem, fame moriemur; sive manserimus hic, moriendum nobis est: venite ergo, et transfugiamus ad castra Syriæ; si pepererit nobis, vivemus; si autem occidere volerint, nihilominus moriemur.

5. Surrexerunt ergo vesperi ut venirent ad castra Syriæ. Cùmque venissent ad principium castrorum Syriæ, nullum ibidem repererunt.

6. Siquidem Dominus sonitum audiri fecerat in castris Syriæ currum et equorum, et exercitûs plurimi; dixeruntque ad invicem: Ecce mercede conduxit adversum nos rex Israel reges Hethæorum et Ægyptiorum, et venerunt super nos:

7. Surrexerunt ergo, et fugerunt in tenebris; et dereliquerunt tentoria sua et equos et asinos in castris, fugeruntque, animas tantum suas salvare cupientes.

8. Igitur, cùm venissent leprosi illi ad principium castrorum, ingressi sunt unum

sicut neque pater, cùm filium flagello cædit, dùm distortum ingenium corrigere, et depravatos mores ad rectam regulam informare vult, Sanè Paulus molle cor habuit, et infirmabatur cum infirmis, et cum scandalizatis urebatur, et tamen 1 Cor. 5, non dubitavit fornicarium quemdam tradere Satanæ, cujus tyrannis erat multò magis quàm Syrorum acerbior, quia id putabat ad spiritualem illius salutem expedire. *Jam judicavi, inquit, tradere hujusmodi Satanæ in interitum carnis, ut spiritus saluus sit.*

CHAPITRE VII.

1. Alors Elisée dit: Ecoutez la parole du Seigneur: Voici ce que dit le Seigneur: Demain, à cette même heure, la mesure de pure farine se donnera pour un siclé à la porte de Samarie, et deux mesures d'orge pour un siclé.

2. Un des chefs de l'armée, sur la main duquel le roi s'appuyait, répondit à l'homme de Dieu: Quand le Seigneur ferait pleuvoir des vivres du ciel, ce que vous dites pourrait-il être? Elisée lui répondit: Vous le verrez de vos yeux, et vous n'en mangerez point.

3. Or il y avait quatre lépreux près de la porte de la ville; ils se dirent l'un à l'autre: Pourquoi demeurons-nous ici, où nous ne pouvons attendre que la mort?

4. Si nous voulons entrer dans la ville, nous mourrons de faim; si nous demeurons ici, nous ne pouvons éviter la mort; venez donc, et passons au camp des Syriens; s'ils ont pitié de nous, nous vivrons, et s'ils veulent nous tuer, nous mourrons, comme nous ferions ici.

5. Ils partirent donc le soir pour aller au camp des Syriens, et, étant venus à l'entrée du camp, ils ne trouvèrent personne;

6. Car le Seigneur avait fait entendre dans le camp des Syriens un grand bruit de chariots, de chevaux et d'une armée innombrable, et les Syriens s'étaient dit l'un à l'autre: Le roi d'Israël a fait venir à son secours contre nous les rois des Héthéens et des Égyptiens, et ils sont venus pour fondre sur nous:

7. Ils se levèrent donc, et s'enfuirent dans les ténèbres, abandonnant dans leur camp leurs tentes, leurs chevaux et leurs ânes, et ne pensant qu'à sauver leur vie par la fuite.

8. Ces lépreux étant donc venus à l'entrée du camp des Syriens entrèrent dans une tente, où ils mangèrent et burent; et ayant pris de